



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

21. Appulsus Rhod. in Tunch. crucis erectio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

tiæ merito, stas (vt apud Sinas) examinibus perspectæ, ab imo Lectoreorum subfello ad summum apicem Doctorum, quo nullus superior, & fructuosior est gradus. Quæ particulatim de Tunchino ad nostra spectabunt, ea passim cum his narrabimus.

Dies abierant quindecim, ex quo Mandarinus, Comite Lusitano de appulsu nauis ad Regem pertulerant; quod etsi perbreue ad magna spatium, magnis conatibus Apostolici spiritus in conuersionem ethnicorum Rhodius occupauit, cui profecto vni post Deum integrè accepto ferenda sunt, quæcumque narrauerò de fundatione illius Christianitatis, ad quam Mendesium quanquam Rhodio Præfectus & socius, sed linguæ ignarus iuuare nihil potuit. Die Veneris sancto Aprilis secundo crucem statuit præcelsam, in montis vertice, vndequaue abrupti, litorisque proximè incumbentis, oportunitate situs procul omni ex parte spectabilem; vidit illam Rex ipse dum præteruehitur cum classe adinuadendam Cocincinam infeliciter comparata, didicitque magna voluptate, Christianorum signum esse, Lusitanis tam venerabile, vt proas illuc hilariter verterent vbicumque illud conspicuum cernerent. Quâ motus persuasione, alter à primo Mandarinus qui pago præerat quem S. Iosephi de nomine dixerant, non solum Rhodio concessit facultatem eius erigendi, sed trabem etiam dono dedit ferri duritie, ad eam fabricandam in ea verò attollenda pompæ summam constituit Christianorum præsentia, speciménque non fictum veræ pietatis. Tulere illam mutatis vicibus in montem alij, secuti sunt supplicantiæ ordine reliqui; omnes in editissimo verticis post sacras aliquot depectam, & firmatam preces, crebro facie in terram proiecta religiose adorarunt, exiguum illud quod in eius cultum factitabant, consociantes obsequiis quibus tunc orbis Christianus Christum colebat patientem: crucem hanc Rhodius pro templo reliquit Neophytis, monens, præ ad illam peregrinarentur, præcelsque ad eam conuersi funderent, quod suo in pago promererentur ædem sacram. Adest postridie ab Rege Eunuchus, qui cum Lusitanis, & mercibus Patres, in aulam ducat. Dies erat Christo resurgenti sacer, cum se mari dedere, & inter scopulos & syrtes itinere bidui, fauces subière ingentis fluuij, emensque per aduersum amnem sex milliaria, prope Regiam consistere. Strabat in procinctu Rex cum classe aduersus sobrinum, vt Cocincinæ regno illum exueret, vindicaretque sibi iusta clientelaria, quæ is per aliquot annos detrectarat: classè gradu lento sequebatur terrestri exercitus ducentis potens elephantis, pugnam apprimè doctis, & ad pertrumpendos, dispuluerandósque ordines quantacumque vi ac numero firmatos, tunc verò machinas, & tormenta portantibus, pugnantorum millia centum, & viginti dicebantur ambos exercitus consistere, præter nauticæ turbæ, calonum, omnisque generis ac frugis seruatorum totidem millia. Naualem exercitum trecentarum, & vltra tritremium fuisse scribit Marchesius, (cui oculo, & prudenti, quàm alteri totius suscribo) quanquam eas subinde nauigia & phaselos vocat, quod

21.  
Appulsus  
Rhod. in  
Tunch. crucis  
erectio.

22.  
Pompa Regie  
classis  
quasi nauticæ  
turanum.